

## **Ein Berufungsfall in Neapel**

*Item de eodem mandato scripsit R. de Salerno :*

Fredericus, etc., Bartholomeo Pignatello de Brundusio, etc. Gratum dicit excellentia nostra si quando ex indigenis regni nostri aliquem in conspectu nostro in Neapolitano studio quod de provisione nostra fundavimus, in profexione alicujus scientie tam specialilier audivimus profecisse, ut dignus ad regimen censeatur. Admictentes igitur laudabile testimonium de scientia tua perhibitum coram nobis, quod in decretalibus ita profeceris ut alios possis efficaciter edocere, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus in profexione ipsa scientie decretalium de cetero regere studeas, et diligenter ac fideliter doceas auditores ad honorem et fidelitatem nostram; illam tue doctrine ac studii efficaciam ostensurus, ut laudis meritum [ad] te proveniat ab effectu.  
Datum [ut supra].

HUILLARD-BRÉHOLLES, Friderici Secundi historia diplomatica V, 496 (aus dem Register Friedrichs II.)